



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 50. Privilegia Fratrum Minorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIII. muneric seu tituli 30 Aprilis scripto Pa-  
A.C. 1288. pa sic loquitur: Etiam vacantem modo  
Ecclesiam Ptolemaidis una cum Hiero-  
folymitana tibi committimus gubernan-  
dam, donec posterior bona receperit sua.  
Nicolaus Hanapus fuit ultimus Hierosolymæ Patriarcha Latinus in Palæstina  
residens: ac post triennium amissa Pro-  
lemaide vitam posuit. Papa ei legatio-  
nem per Syriam, Cyprum, & Armeniam  
detulerat per diploma datum 26 Aug  
1288.

§. L.

### *Privilegia Fratrum Minorum.*

Papa Nicolaus hoc primo sui pontifica-  
tus anno Religiosis sui Ordinis com-  
plura tribuit privilegia. Primum, quia  
**Vading.** dubitabant aliqui, an illi exempti essent,  
**1288. n. 43.** **Regest. p. 176** per diploma Romæ ultimo Aprilis datum  
**n. 12.** eos apostolicæ Sedi proxime subjectos,  
& omni alia jurisdictione prorsus solutos  
declaravit, addens, cuncta, quibus ute-  
rentur, bona, seu possint moveri, seu ne-  
queant, S. Petri esse propria congruenter  
Nicolai III diplomati: *Exitit, qui seminat,*

**Sup. lib. 88.** Per aliud 6 Maji Reate scriptum statuit,  
**S. 30.** ut Fratres Minores, qui post vota nunca-  
**F. 177. n. 13.** pata in alium transferint Ordinem, ad  
nullum officium, dignitatem vel Praeful-  
gradum evehi queant sine expresso Sa-

cræ

VIII.  
co Pa-  
modo  
Hier-  
ernan-  
it sua  
erofo-  
estina  
a Pro-  
gatio-  
eniam  
Aug  
li an-  
aqua-  
m.  
tifica-  
com-  
, qua  
essent,  
atum  
iectos,  
olutos  
s ut-  
eu ne-  
uent  
minat,  
tatuit,  
uncou-  
n, ad  
æfusilis  
o Sa-  
cræ

cræ Sedis permisſu. In casu, quo urbes sæcul. XIII.  
aut alia, quæ incolerent, loca divinis in- A.C. 1288.  
terdicta essent, permisit, ut inter se con- p. 178. n. 15.  
fessi absolverentur, divinum recitarent of-  
ficium, & sacrificarent occlusis foribus  
sine pulsu æris campani, nec quopiam  
admisso præter Religiosos Ordinis, statis  
diebus communionem sacram, & in ne-  
cessitate extremam unctionem accipe-  
rent. Peculiaria quibusdam Ordinis p. 174. n. 67.  
coenobiis velut Assisiano, privilegia dedit,  
vetuitque, ne qui alii Religiosi novam se-  
dem Assisi, aut prope urbem intra du-  
centas perticas collocarent, ut ne minue-  
rent stipem, de qua fratres ac sorores Or-  
dinis S. Francisci viverent.

§. LI.

*Præscriptum pertinens ad Inquisi-  
tionem sacram.*

Papa Nicolaus Fratres Minores multis  
in provinciis adhibuit ad exercen-  
dam Inquisitionem sacram, speciatim in  
comitatu Vindascimo spectante ad Ro-  
manam Ecclesiam, ut hæc Gregorii IX,  
immo jam Urbani II tempore prohibebat.  
Hoc in comitatu hæreticos esse, qui *Vales. not.*  
alios quoque pervertere conarentur, e- *Gall. p. 610.*  
doctus Papa Fratrum Minorum per Pro- *Spicil. to. 3.*  
vinciam seu Saluviorum terram Ministro *p. 177.*  
Provinciali præcepit, ut inde seligeret *Vading.*  
*1288. n. 15.*  
Reli-